

De Lexico Esthónico

*Admodum Reverendi & Clarissimi Viri,*

DN. HENRICI Gösseken/Pastoris in Goldenberg  
& Præpositi in der Wyck/ ut & Adsefforis Consistorij  
Regij in acropoli Revaliensi, amici sui  
honoratissimi:

**B**Arbariem cuiquam calamo depellere genti  
Egregiæ laudis portio summa cluit  
Hunc *Stablius* cœpit *patriota* subire laborem  
Velificans *Esthis* sedulitate ratâ.  
*Exterus* at cœptis perplurima dignaque seitu  
Addidit, ingenij dona probando sui;  
*Esthos* dum docuit rhythmis quoq; plaudere *Iovæ*,  
Quod quondam latuit arva *Livona* decus;  
Junxit ubi plectrum *Salemannus*, fronte verendus  
Canâ, *Gileo* commodulante melos.  
Cui numero jungi *Brocmannus*, nobile membrum,  
Jure novus Vates dicier atq; merit  
Lexica dein promit studio conscripta calente,  
Invitans alios, quos sacra cura tenet,  
Ut sic è junctis vocum systemate nato  
Hospitibus pateat semita, tecta prius,  
Tecta prius, nostræ quod non compendia linguæ  
Vidissent lucem, quæis peregrinus eget.  
Nunc operis claris *Esthorum* lingua per arcton  
Culta parat multis commoda magna focis.  
Ut princeps igitur *Stablium* per secla manebit  
Nomen, quod glaci in fregerit arte gravi;

Altera

Alter sic Gösseken augentem cœpta locabit  
Fama polo meritum posteritasq; canet.  
*Gratulabundus sc.*

GEORGIUS Preuß/ SS. Theol. &  
Phil. D. & P. P. in *Gustaviana* apud  
*Livonos Academia*.

ad

*Pl. Reverend. Clariss. & Doctiss. Virum*

Dn. Henricum Gössekenium, Ecclesiæ Gol-  
denbergensis Pastorem, meritiss. Districtus Vicien-  
sis Præpositum Vigilantiss & Consistorij Re-  
valiensis Regij Assessorem Spectatiss.

*Linguae Oesthonica cultorem Fideliss. amicum, compatrem,*  
*Collegam & in Christo fratrem jucundiss. honoratiss.*

**H**Acten<sup>9</sup> absq; metro rythmoq; ignobilis Oestho  
Absurdo cecinit cantica sacra modo.

Correxti hoc vitium, Gössekeni, frater amande,  
Ornasti rythmis cantica sacra tuis

Rarus ut hic labor est (ceumecum quisq; fatetur)  
Inde tibi venit sic quoq; rarus honor.

Hoc nil curasti, sed contrâ audentior isti,  
Collexti studio verbula multa tuo,

Quæis poterit Saxo, quæis Finno, quæisq; Sueco  
Quæis Oestho poterit, non sine fruge, frui.

Biblia conscripti multo magnoq; labore  
Sermo Dei unanimi ut voce sonare queat

Perge labere tuo prodesse Deoq; piisq;  
Merces solvetur tempore justa suo

Nummos pro numeris ingratus denegat Oestho  
In cœlis numerat munera magna Deus.

cc ii

Ad